

num trium Puerorum excipit Ambrosianus, tum Canticum Zachariae, et dissimulato Magnificat et Nunc dimittis statim Symbolum Athanasii, quod inscribitur Fides Catholica. Abhinc Litaniae OO. SS. quae unica oratione clauduntur, in qua Deo commendantur abbates nostri seu omnes congregationes illis commissae. Aderant deinceps, ut conjicio, Officium de B. V. M. et pro Defunctis, sed haec relicta sola deaurata Litera, cui inscriptum: Domine labia mea aperies, studiose abrafa sunt, relicto solo posterioris Officii fine. Cur ita? Αθλον.

LVI.

R. 2012 Codex membraneus lat. Sec. XII. Folior. 185. 8. luculente et bene perscriptus, minioque distinctus Psalterium Davidicum est ex usu Ecclesiae adhaerentibus, uti solent, nullo ordine Canticis Biblicis, Hymno Ambros. Symbolo Apost. Oratione Dom. et Fide Athanasii, denique Litanis OO. SS. quarum tamen non nisi Initium superest, toto Codice non optime habito.

LVII.

R. 3037 Codex membraneus lat. germ. Sec. XIII. Folior. 186. f. per duas columnas caractere graeci elegantius exaratus, coloribus ornatus, et olim Monasterij S. Dorothee virginis Vienne, Psalterium Davidicum est versiculatim latinum et germanicum. En Psalmum I.

versionis Specimen. Der selich man, der engie nicht nach der ubelen rat. noch entstund an der sunder wegen. vnd ist auf des sterben sessel nicht gessessen. Sunder an der e des herren was sein willen. vnd an sein e gedacht er nacht vnd tage. Vnd wirt als daz holze, daz gepblanzet ist bei der wasserlauf. daz sein wucher gibt ze seiner zeit. Vnd sein blat verfluzet nicht, vnd alleu sein werch ergent wol. Nicht so die ubelen nicht so! sunder als der staub, den der Wint ab der erde wet. Dar vmb erstent die vbeln in dem gericht nicht, noch die sunder in der rechten rat. Wand der herre erbennet der rechten weg, vnd der vbeln phat veruert. Psalmo II. singularia sunt: fremuerunt vndultent, in margine grisgrament. Gentes die Diet. Subfannabit eos wirt sev reitzent. In furore unfticlich. Terminos terrae dev gemerch der erde. In virga ferrea mit der ysmen gerte. Vas figuli das uaz der bauener. Exultate ei cum tremore. Seit im fro bibend. Interpretem non satis latine doctum fuisse produunt ultima: Cum exarserit in brevi ira ejus, So er enbrinnet un seinem churcem zorn. &c. Fol. 168. p. 2. sequuntur Cantica biblica, Hymnus Ambrosianus, Fides Athanasiana et Litaniae OO. SS. in quibus multi in Germania culti invocantur; Rupertus tamen et Virgilius abest. Plurima ex hoc Codice Glossemata legi posse, non est, quod moneam. Ita chaphen (gaffen) suspicere; bonchustig dolofus, Ufrunst ortus folis, Sedelganch Occasus, quod